



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XIII. Fortuita interdum seditionis causam præbere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

ludicram causam. Nam cum spectaculo ludorū gregarium militem in XIV. ordinibus sedentem excitari per apparitorem iussisset, rumore ab obrectatoribus dilato, quasi eundem mox discriuium necasset, minimum absuit quin periret concursu & indignatione turba militaris, saluti fuit, quod qui desiderabatur repēte comparuit incolūmis, ac sine iniuria. Philippus Macedo quam parua in speciem causa interijt, quod contumeliam adolescenti factam nō vindicaret. sed magno ex vitio erat, & errore gubernationis, quod rex bellis intentus, iusti & honesti negligens erat.

Impe-
rator ele-
git.

§.6. De Regilliano narrat Trebellius Pollio per iocū esse factum imperatorem. Nam cum milites, inquit, cum eo quidā cenarent, assistit Valerianus Tribunus qui dice-
ret, Regilliani nomen vnde credimus didici? Alius continuo, cre-
dimus qd. a regno. Tū is qui aderat scholasticus cepit quasi grā-
maticaliter declinare & dicere, Rex, regis, regi, Regillianus. Mi-
lites, vt est hominū genus pronum ad ea quae cogitāt, dixerunt,
ergo pot. rex esse: item alius, ergo pot. nos regere: item alius, Deus
tibi regis nomen imposuit. Quid multa? his dictis, quā alia die
mane processisset, a principibus imperator est salutat. Ita qd.
alius vel audacia vel iudicium detulit, huic iocularis astutia.
Ridicula plane principis designatio, at si statū Reip.
spectes, intelliges plane nihil esse mirū, de summa re-
rum tam leuiter actitātū; ludicra n. militibus res vi-
debatur imperatorem facere & occidere: hoc tempus
erat quo Gallieno imperante triginta tyranni orbem
Romanum lacerarunt. Nec dissimili olim leuitate
Claudius protractus, in solium, pauē dum mortem
expectat, collocatus est. & ante duo manipulares su-
scipere transferendū imperium Romanū, & transi-
tulit vt auctor est Tacitus. Proculus ad aleam factus
est imperator, cum n. decies exisset imperator, incla-
mauit vnus. Aue Auguste, & reliqua turba simili vae-
cordia imperatorem salutauit.

Ex sena-
tor.

§.7. De Magnētio Zolimus testatur. Magnētiū quasi
rei necessaria causa de mensa surgens, quā per exiguū ad tēpus
a conuiuii secessisset, eis seruis amictum stola regia quasi in
scena spectandum exhibuit. Ibi cum eum conuiuii regem appel-
lassent, similitur oēs incola vrbis Augustodum (quae hac in vrbe
gesta sunt) in eandem sententiam venerunt. Et quoniam rei sa-
matendebat vltimus, extra urbem rustica quoq. plebs conflue-
bat. At agra tū erat Resp. & militi ex seditione luerū,
alio qui personatū regem irrisisset omnis vicinia. Nūc
magnas ille clades dedit, magna potentia grassatus.

§.8. Innumera talia sunt. Ludicro certamine ad ca-
stellum Tarquium sub Othone IV. cum Venetū ve-
xillum laceratum est, ingens seditio concitatur. Flo-
rentia cum adolescentes Donatus & Cerchius alto-
rum equos turbant ad choreas, magnā ciuitas ex tu-
multu calamitatē accepit. Causae vero iam praeced-
rant. Nam Venetorum & Italicorum animi exulcerati
erant, & Florētinorum factiones quamlibet causam
sufficientem putabant, inimicos opprimendi. Hae
igitur indicia sunt Reip. pessime constitutae, cum ad
minimum impulsū concidunt, lubrico stetit lo-
co argumentū est. Prona n. ad lapsum sunt, quae sub-
ducto impedimento, aut addito in alteram partem
quouis momento, ruunt.

CAPVT XIII.

Fortuita interdum seditionis causam præbere.

Fortuita
seditionis
causa.

§.1. Fortuita appello, quae principum aut populi
vitio nō comitantur, nec natura sua habent
vllam rationem cur seditionem concitent. Deo sua
cōstat ratio, cur illa inferat, aut esse sinat. Nihil ater-
nae prouidentiae, quae capillos capitis nostri ante mū-
di constitutionem numerauit, fortuitum est. Nos ca-
sa factum iudicamus, quia praeter opinionē. Seditio-

num aut causae fortuitae sunt calamitates, vt fames,
incendia, eluiones, aliq. quae animos tristes efficiūt,
multumq. odio imbuūt. Cum n. in Rep. malorum sit
maximus numerus, calamitatibus asperantur, & fe-
rociunt, vt agrestes belluā, non ciuantur. sic irritati
in magistratum aliosq. facile impetū faciunt, quam-
uis non læterunt. Prudentes sane principes id cogi-
buntur, quod faciebat Fabius:

*Hos mulcens questus Fabius deforme docebat
Cladibus irasci, vulgumque arcebat ab ira;
Auerfis etenim frangi non esse virorum.*

Hebrei in deserto, si Pharaō sequat, si aqua desit, si car-
nem exoptent, non precibus agunt, sed cōtra Deum
Mosēq. murmurant, & cladibus irascuntur; boni
aduersis, vt ignibus aurum, probantur, mali vt palcae
exuruntur. Huius rei causa est, quod infelices cum
impatiente mala ferant, irascuntur, comparatione
suae fortunae felicibus inuideant, tristenturq. hinc fa-
cile cūctis, a quibus non adiuvantur, & praesertim
magistratibus indignantur.

Clades irā,
hac seditio-
nes gignit.

§.2. Inter cetera incommoda, vnde seditiones o-
riuntur, praecipuū est fames, cuius rei causa est, quod
ea corporibus exinanitis humores cōmouet, male-
uolos reddit, & biliosos. Narrat Leriū in histor. Bra-
silicae nauigationis, cum Caluiniana Ecclesia re male
apud barbaros gesta, in reditu fame affligeretur, fero-
ces, morosos, iracundos factos. Verba eius sunt pag.
325. Antequam sermoni huic finem imponam, id obiter obser-
uare libet, quod in aliis quidem, maxime in me ipso animad-
ueri, qui binas fames expertus sum, easq. eiusmodi, vt nullum
vnquam horridiores euasisse credam. Corporibus inedia debi-
latis, & deficiente natura sensibus alienatis, spiritibusque
dispatis, non modo ferores, sed & morosi & iracundi fiunt ho-
mines. Illa porro iracundia merito rabiei genus dici potest.

Caluinia-
norum in
fame mali-
tia.

Quo fit vt apposite vernaculo nostro sermone is fame dica-
tur furere, qui fame premitur. Præterea quoniam expe-
rientia res omnes expressus edocet, video non sine cau-
sa Deum, populo suo minantem famem, nisi suis pareat pra-
ceptis diserte exprimere futurum, vt viri illius qui fue-
rat mollis, & delicatus, valde malignus sit oculus in fratrem
suum, & in uxorem suam carissimam, atq. in filios suos, adeo
vt non det vlli ex eis de carne filiorum suorum quam comederet.
Nam praeter ea quae hist. Sancer. commemorauimus exempla
de parentibus, qui ex liberis suis vnum comederūt, deg. militi-
bus quibusdam, qui postquam cadauera eorū, qui bello vti fue-
rant, degustassent, se decreuisse si in alium illud diutius persistis-
set, viuis manus asserre, affirmare possum non durate illa nau-
tica fame vix ac ne vix quidem pacate alii cum aliis colloqui
potuisse, licet Dei timore cohiberemur, imo quin (quod Domi-
nus condonet nobis) malignis oculis alii in alios fuerimus.
Hinc igitur amaritudo animorū, querele ac tumultus
oriuntur. Ingens Claudio Imperatore fames in
Romano imperio fuit, inde Romae tumultus recen-
set Dio, frugum quoque egestas, & orta ex ea fames, in prodi-
gium accipiebatur. Nec occulti tantum questus, sed iura red-
dentem Claudii circumuafere clamoribus turbidis, pulsūq.
in extremam fori partem vrgebant, donec militum globo infe-
stos perripit. Quindecim dierum alimenta vrbi non amplius
superfuisse constitit. Magnaq. Deum benignitate & modestia
hiemis rebus extremis subuentum. At Hercule olim ex Italia
regionibus longinquas in provincias cōneatus portabant, nec
nūc infacunditate laboratur, sed Africam portus & Aegyptum
exercemus, nauibusq. & casibus vita populi Romani permissa
est. Hinc immanitas qua sese mutuo vorarunt. Id fa-
ctum in obsidione Ierosolymitana, cum matres
ipsae liberos coxerunt. Iam Cyri exercitus in Scy-
thia in suos hoc modo saeuierat, & vt Herod. lib. 3.
Cambysis exercitus decimum quemque sorte dele-
ctum comedit. Seditiosi milites Carthaginensium
sola fame domiti sunt, cum ante tamen capti-
uorum & seruorum corpora absumpissent. Sabel.
Enn. 4. lib. 9. factum hoc etiam Numantiae, Sa-
guati,

Fames ni-
mia belui-
nos efficit.

gunt, Caliguri, Tauromini, Romæ tēpore Gothica obfidiōis, & cum inclamarent; pretium pone carni humana. Eadē paffa fub Tōtila, Byzantini quoq; & Placentini, Neuomantini, & Samanduni in obfidiōe Sinderouiana manus fuas ipfi roferunt. Anno 1315. in Polonia factum narrat Cromērus l. 11. Quid mirum igitur feditiones oriri ex fame, cum homines in belluas commutent? Altera caufa eft, cur ob famem tumultuentur, quia prouidentia principis mature colligi fruges, aut aliunde aduehi poffe arbitrantur. Itaque Octauius & Antonius, multique alij ob famem periclitati funt. Improbi vero ciues ea occasione ad inuadendam Rempub. abufi funt, vt Sp. Melius, alijque. Prudenter itaque Tiberius, alijque principes annonæ curam in fe fufceperunt, ne quid per miniſtros negligetur.

Nunquam maiore in periculo fuit Senatus vniuerſus, quam cum Pompeium noller praefici claſſi contra Piratas, plebs enim tanta iracundia exarſit, vt ad delendum Senatum properaret. caufa erat quod Piratarum potentia impedita nauigatio famem periferet. Dio in Pompeio.

Victo prin-
cipe ſubditi
facile re-
bellant.

§. 3. Bellicæ clades etiam domeſticas feditiones commouent, vel timore, vel contemptu. Cum in caſtris Mithridatis nunciatum eſt; duces eius à Lucullo caſos eſſe, tantus de repente terror exercitum inceſſit, vt relicto rege caſtra egrederentur, ſublataque imperij reuerentia ex alieno raperent, quantum quis poſſet, regis ipſius pretioſam ſupelleſtilem diriperent, præfectum occiderent, vt eius pretioſam veſtem acciperent.

Propter contemptum timenda ſemper eſt feditio principi, ſi clades bello accepta nunciatur, ſi grauis ſit, periculofa, & reparatu difficilis. Principem enim periculo conſtitutum, afflictumque infra ſe putant. Si vero ante oderant, vehementer exultant, iugumque exeunt. Vrbe à Gallis incenſa, contemptu eius Latini alijque bellum mouent. Poſt cladem Canenſem ſociæ ciuitates defece- runt, ſublata principis auctoritate & metu, odia libertime prorumpunt, & cum ex aduerſa parte ſperant, eo inclinant. Facit huc quod Herodotus refert l. 2. de Aprie Aegyptiorum rege à Cyrenenſibus victo. Quum aduerſus Cyrenæos Apries exercitu miſſo magnam cladem accepſſet, id ei impu- tantes Aegyptii rebellauerunt, opinati ſe ab illo in apertam perniciem fuiſſe demifſos, vt his interuentione deletis ipſe cæteris Aegyptiis imperitaret ſecurius. Hac perquam graui- ter ferentes tum ii qui redierunt, tum eorum qui interierant amici, ingenue deſcuerunt. Id ubi reſciuit Apries, mittit ad eos verbis ſedandos Amafin. Qui cum perueniſſet, reprehendenſque diſſuaderet, ne talia facerent, quidam Aegyptiorum ei à tergo ſtans galeam circumdat: eaque circumdata, inquit ſe illam ob regnum impoſuiſſe. Neque hoc eo inuito factum fuit, vt oſtendit. nam ſimulatque ab iis qui deſcuerant, Aegyptiis declaratus eſt rex, ſeſe apparabat tanquam aduerſus Aprien moturus. His cognitis Apries mittit ad Amafin ex iis, qui ſecum erant Aegyptiis, ſpectatum quendam hominem nomine Patarbem, inſum vt ad ſe viuum Amafin perduceret. Hic ubi peruenit, Amafin ad ſe vocat. Amafin (ſedebat autem in equo ad ſuos cohortandos inſolenter) ſolide iubet hunc ad ſe adducere Aprien, & cum Patarbem eum rogaret, vt regem adiret, accitus, reſpondit ſe iam dudum dare operam vt id ageret: nec de ſeipſo Aprien eſſe queſturum, ſe enim illi præſto futurum, & alios adducturum. Patarbem non ignarus propoſiti illius, tum ex oratione, tum ex apparatu quem videbat, ſtatuit ſua diligentia eſſe, quam celerrime regem rerum que agerentur facere certiore. Huic redeunt, quod Amafin non adduceret, nullo verbo edito Apries in periculum, præcidi aures naſumque iuſſit. Id intuentes ceteri Aegyptii, qui cum eo habitauerant ſenſerant, virum inter eos probatiſſimum ita fide indigneque affectum, ne tantiſper quidem differentes ad ceteros tranſierunt, ſeſeq; Amafin tradunt. His quoque auditis Apries

Clades cau-
ſa feditionis

armatis auxiliariis (habebat autem circa ſe auxiliariorum ex Iombus & Caribus triginta millia) in Aegyptios tendit. Erat autem ei regia in vrbe Sai ingens ac ſpectatu digna. Itaque vtrique aduerſus alteros Apriani & Amafiani in Memphi vrbe conſtituerunt, tentaturi pugna diſcrimen.

CAPVT XIV.

Ordo & via feditionum concitandarum.

§. 1. **A** Rem concitandæ feditionis docere, cum tanta improbitas magiſterio non egeat, hominibus infani arbitror, quæ autem hiſtoria ſuppeditant, quæque noſcenda ſunt principibus proponere in medium, politici; ſic enim ſigna feditionis, & prognoftica indubia cognofcet, & cum eo tendi ſentiet, mature occurret. Cum igitur vel populus ipſe, vel optimates, vel vnus aliquis eſt turba ea agit, quæ multitudini vel optimatibus odium præſentis ſtatus incutit, vel offendunt, non eſt res feditione procul. Quæ plerumque non creditur, niſi cum ſanctæ cepit. Et quidem cum populus ipſe ad tumultum propendit, non poteſt eſſe clam machinatio, verba enim libera & inconfiderata cum attentione, & applauſu audita in proceres, aut principem indicant alienos populi animos, aliquid auſuros ſi auctorem ſint naſti. Cum Mimus illa reperere iubetur, *Magne, miſeria noſtra tu es, quis dubitet iam fauorem à Pompeio in Cæſarem tranſlatum, & occasione data Pompeium deſerendum, at cum priuatus quiſpiam, aut procerum res nouas molitur, ſecreta conſilia agit, nec cognofcitur proditio, niſi cum omnia comparata, atque ordinata ſunt.*

Malorum
fraudes
principibus
cognofcen-
da ſunt.

Populi ſedi-
tio multa
ſigna habet.

§. 2. Qui igitur populum procereſce ad feditionem commouere conantur, id faciunt, vt in odium magiſtratum inducāt. Deinde quia odium cum ſpes & metus abeſt, elanguet; nihil enim magnopere præter conuicia audet, metum poenarum demunt, metum vero, ſi quieſcant, multorum incommodorum iniungit. Denique ſpem rerum meliorum adferunt, animos leues inanibus implent. Interdum etiam pecunias proditiōis præmia repræſentant.

§. 3. Odium magiſtratus conciliant, vera narrando, calumniando. Calumniarum duplex genus eſt, vel enim artiſcioſe falſa conſingunt, vel illa quæ vera ſunt ſupra modum adaugent.

Odium quo
modo exci-
tent.

Periculoliſſima eſt ſeditio cum ex veris naſcitur malis, nunquam enim niſi alterutrius partis exitio finitur, aut mutatione Reipub. Scriptura exemplum exhibet, 3. Reg. c. 12. Queruntur enim vere: pater tuus durifiſimum iugum impoſuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui, & de iugo grauiſſimo quod impoſuit nobis, & ſeruiemus tibi. Nec diſſitetur Roboam. Pater meus aggrauauit iugum veſtrum. Factum id à ſene, cum ſumptus in ſeptingentas reginas, & trecentas concubinas immodici herent. Hic itaque facile Iero- boam decem tribus abduxit, & vt defectio ſanguine ſanciretur, lapidibus obruit Aduram, quaſtor Roboam. Et reuera vt plurimum ex vero principio, veris que malis ſeditiones oriuntur, vt illa, quæ de caulis feditionum docui, demonſtrant. Nam vel reges improbe & tyrannice graſſantur, vel ſubditi inique bonis regibus obſiſtunt.

Hoc vero peſſimum eſt, quod cum ſeditio in principio ſanari poſſit, paruo tempore, dum mali vitandi vel vlcendi non eſt modus, iniuria augetur. Atque ita dum vtrique pars non ratione, ſed ira vltionem expedit, grauius ſemper inferi malum, quam patitur. Quod ideo fieri ſolet, quod ciuiliſ iniuriæ vindicta duas res præſtare videtur, nempe ſolatiū ei, qui iniuriam

Vltio ſem-
per augetur